

tibus his quorum nomina sunt subscripta: Friderico de Sonenberg, Gunthero et Heinricho fratribus de Lizenie, Heinricho de Indagine, Volrado de Gerstenberg militibus nostris, Marquardo notario nostro.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem beschädigten Siegel des Landgrafen an einem Pergamentstreifen.

Vogel Leipz. Chron. 125. — Schöttgen u. Kreysig diplomat. Nachlese I. S. 57.

No. 26. Vor 1285.

Markgraf Dietrich von Landsberg gelobt unter Aufgabe des ohne Grund gegen den Probst gefassten Unwillens ihn und sein Kloster beim Rechte freier Verfügung über ihre Besitzungen zu schützen, um Ueberlassung von Klosterpferden an Boten nur im Falle äusserster Dringlichkeit schriftlich nachzusuchen.

In nomine domini amen. Nos Th. dei gratia marchio de Landesberch recognoscimus et praesentibus protestamur, nos ob tumultus saeculi et curarum ab orbita rationis adeo deviasse, ut contra nobis dilectum et fidelem dominum P. praepositum sancti Thomae apostoli in Lipzk indignationis nostrae sine causa fulgura iactaremus, super quo deo teste suspiramus et ab hac iniuria resilimus, praesertim cum praedictus P. praepositus nostrae voluntatis imperio semper benivolus fuerit et paratus, ideoque indignationi nostrae renunciantes ipsum et ecclesiam suam in protectionem nostram recipimus et liberam facultatem disponendarum omnium rerum suarum sicut avito iure antecessorum nostrorum habuit indulgemus. Insuper volumus, ut equos, quos idem dominus ad equitaturas suas pro tempore habuerit, nulli nuntiorum nostrorum concedat, nisi forte necessitate magna nobis imminente sibi nostras litteras mitteremus. In quorum certitudinem praesentem litteram super eo conscriptam appensione sigilli nostri fecimus communiri.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. An einem von der Urkunde selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen hängt ein Bruchstück des markgräflichen Reitersiegels.

No. 27. 1285.

Erzbischöfe und Bischöfe ertheilen denjenigen Ablass, welche das Kloster an benannten Festtagen in Andacht besuchen oder dasselbe durch Beisteuern und Zuwendungen unterstützen.

[U]niversis Christi fidelibus ad quos praesentes litterae pervenerint. Nos dei gratia

Licet is de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviat, de abundantia pietatis suae merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinae gratiae aptiores. Cupientes igitur ut monasterium sancti Thomae